

Band IV., Nr. N115, Seite 412-413

Bischof Konrad von Konstanz bewilligt auf Bitte des Abts Eberhard von Salem den Schwestern zu Heggbach die künftige Wahl des Pfarrers der Heggbacher Pfarrkirche und den Bezug der Pfarreifrüchte.

Salem, 1231. (Nach April 16).

Cōnradus, divina miseratione Constantiensis episcopus, universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis sive audituris geste rei notitiam. Cum parochialis ecclesia in Hecchibach simul cum dote et omnibus pertinentiis suis domui de Salem iure attineat proprietario et ius patronatus de solempni donatione illustrissimi regis Hanrici septimi abbas predictae domus cum suo conventu in eadem ecclesia noscatur habere, nos ad preces venerabilis Eberhardi domus eiusdem abbatis inclinati sororibus apud predictam ecclesiam sub titulo castitatis et regulari districtione domino iam servientibus et denuo servituris pontificali indulgimus autoritate, ut post decessum sacerdotis, qui hoc anno M^o. CC^o. XXXI^o. ius plebanatus in eadem dignoscitur habere ecclesia, ipse sorores eligant sed de consilio abbatis de Salem sacerdotem ordini et rigori ipsarum competentem et de redditibus iam dicte ecclesie in usus earum totaliter cedentibus provideant sibi necessaria honeste et competenter. Ad hec autem facilius annuenda et concedenda accessit et hoc, quod ecclesia iam sepius memorata tenuis est in rebus et in ea domino favente religionis divine cultus speratur fore decetero in melius, sicut iam in aliis similibus locis factum esse gaudemus, in melius^a promovendus et presertim cum ecclesia eadem propriis careat parrochianis.

 Acta sunt hec in Salem, anno gratie M^o. CC^o. XXXI^o., pontificatus nostri XX^o. III^o.

 Testes huius rei sunt: Eberhardus abbas de Salem, Fridricus prior ibidem, Conradus de Blaburron, Olricus de Cruzelino^b, domini episcopi capellanus, Hanricus cognomento Socius, plebanus de Luitchilchen^c, Hermannus plebanus de Sipplingen, notarius episcopi.

Nach einer durch den Salemer Abt Anselm am 7. Oktober 1770 beglaubigten Abschrift aus einem Aktenfaszikel des geistlichen Archivs zu Salem, befindlich im GLA Karlsruhe, Nr. 402 (48, fol. 1a).

^aDiese beiden Worte sind in der Vorlage aus dem vorhergehenden Text wiederholt.

^bIn der Vorlage ist irrtümlicherweise *Cruhelino* mit einem Häkchen über dem *u* als falsche Lesung einer weniger häufigen Form des Buchstabens *z* geschrieben.

^cIn der dem Druck sonst zugrunde gelegten Abschrift steht zwar *Ruitchilchen*, allein dies ist entschieden eine unrichtige Lesart, während die im Text angenommene sich auch in einer Abschrift der Urkunde in einem Repertorium des 17. Jahrhunderts findet.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 456 U 3

Überlieferung und Textkritik:

Original. Zwei beglaubigte Abschriften von 1701 und 1770 beiliegend. Regest Privilegienbuch Heggbach (17. Jh.) (HStA Stuttgart, B 456 Bü 46, Bl. 7v) und Archivregister Heggbach (18. Jh.) (HStA Stuttgart B 456 Bü 47, Bl. 3). Vgl. Online-Repertorium B 456 U 3.

Regesten:

Regesten Bischöfe Konstanz, Bd. 1, Nr. 1420.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Salem

Aussteller:

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209–1233)

Ortsindex:

Blaubeuren Wohnplatz (16722)
 Blaubeuren, UL
 Heggbach Wohnplatz (17376)
 Heggbach, Maselheim, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Leutkirch Wohnplatz (18245)
 Leutkirch, Salem, FN
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Sipplingen Wohnplatz (18277)
 Sipplingen, FN